

ruit, nichilque aliud auspicati sunt quam ex tectis simultatibus et manifestum et grave bellum futurum. sed quod ad te attinet, quantum hec vox (*in*) universos, quibus vel facie vel nomine solo notus eras, ingesserit doloris non prosequor, qui nec meum quidem, 5 quanti vix capax eram, spero me, si opus sit, significare posse. dum enim aliunde incursus fortune metuo, ex improviso incautus petitus eram<sup>(a)</sup>. nam, dum id solum verebar, ut parentes iam senio graves deplorare me oporteret, in id tantum me muniebam; non quod caritatem amicorum necessitudine<sup>(b)</sup> sanguinis inferiorem 10 existimem, sed quod etas eorum morti<sup>(c)</sup> proximior videretur<sup>(d)</sup>, quanquam nulla quantumvis recens et florida procul abesse possit. in hoc igitur quod dicunt pietatis officium me parabam; de reliquo autem per dies tam bonas rationes comparaturum me sperabam, quod nec meam nec cuiusvis hominis mortem aut timere aut dolere 15 contingeret<sup>(e)</sup>. nunc autem tribus; opinione quidem ceterorum brevi numero sed amplio quantum satis est ad servandam eius virtutis vim; quos vere possum amicos dicere contentus, nichil de quo- 20 quam eorum huiuscmodi sperabam. quo itaque minus previdet- ram<sup>(f)</sup> hunc, eo molestius ferebam execrabarque casum<sup>(g)</sup> tam acerbum, tam asperum; et mecum ita, doloris impatiens, agebam<sup>(h)</sup>: ‘heu, quam iniqua sors hunc virum, quietis avidissimum, patrie sue 25 simultates fugientem, in aliena odia immeritum impulit! quis tantum facinus, nefas<sup>(i)</sup>, ausus est, ut hominem, quo non erat alter in orbe melior cuique omne studium erat ut universis secundum virtutem et equitatem complaceret, proderet? nescio profecto quid scelestis et nefariis hominibus, quos quotidie sceleribus scelera adi- 30 cere<sup>(k)</sup> exultantes cernimus, in<sup>(l)</sup> optimos tantum permissum est. nichil usquam in orbe tutum<sup>(m)</sup>. quid, obsecro, in ceteros fiet, si hoc sacrarium virtutum, certissimum litterarum oraculum, vio- lare sacrilegis manibus licuit?’ deinde revocatus in me, recognoscens res exemplo veterum, quibus crebro idem usu evenit, solari me ceperam, accingebarque ut, quibus communis inesset mecum

destato in tutti il  
timore d'una guer-  
ra aperta.

Non può signifi-  
cargli quanto gran-  
di fossero il pro-  
prio cordoglio ed  
il pianto di tutti  
che comunque lo  
conoscono.

Per la perdita dei  
vecchi genitori si  
era già in qualche  
modo preparato,

e sperava poi di  
poter acquistare tal  
forza d'animo da  
non temere né rim-  
piangere la morte  
né per sé, né per  
gli altri,

mentre era al tutto  
sicuro riguardo la  
salute de' tre amici  
suoi.

Perciò il suo dolore  
fu ancor maggiore,  
nè poté rassegnarsi  
nisi all'acerbità del  
caso.

Riavutosi però, si  
consolò alquanto,

(a) *C* incautus penitus eram    (b) *C* necessitudinem    (c) *C* om. morti    (d) *B* videtur  
(e) *C* contingiter    (f) *C* provideram    (g) *R* hunc casum    (h) *R* angebar    (i) *R* fa-  
cinus et nefas    (k) *B PM* adicere voluntas est, e non vanno più oltre.    (l) *C* cernimus  
sed in    (m) *C* om. nichil-tutum